MAGNUM LEGENDARIUM AUSTRIACUM (PARS IV)

Klosterneuburg, Anfang 14. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=908
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

tibus· ait apostolus· In nomine ihesu
christi: surge puer· Et statim
surrexit· Et stupefactus omnis po
pulus clamabat dicens suf
ficit· nunc credimus cuncti deo
illi quem tu predicas famulem
dei. Et deducentes eum ad do
mum cum facibus et lucernis
eo quod iam nox aduenisset·
introduxerunt eum in domum su
am· ubi per triduum instru
xit illos de his que dei erant·
Venit ad eum quidam
uir de philippis nomine
medyas: cuius filius in debi
litate nimia egrotabat· et
ait ad apostolum· Deprecor te o homo
dei ut restituas michi filium me
um· quia debilitatus est corpore·
Et hec dicens flebat ualde· Be
atus autem apostolus abstergens
genas eius et caput manu
demulcens dicebat· Confor
tare fili et crede· et implentur
uoluntates tue· Tunc apprehen
dens manum eius ibat in phi
lippis· Cumque ingrederetur por
tam ciuitatis occurrit ei
senex rogans pro filiis quos
pro culpa ineffabili· carce
rali supplicio detruserat· et
erant ulceribus putrefacti·
Conuersus autem sanctus apostolus ad
medyam dixit· Audi homo tu
deprecaris ut sanetur filius
tuus cum aput te uincti
retineantur· quorum iam sunt
carnes exese· et ideo si pre
ces tuas ad dominum uis perficere
scias: absolue prius catenas
miserorum· ut et filius tuus a
debilitate laxetur· Nam uideo
impedimentum fieri precibus
meis maliciam quam exerces·
Tunc procidit medyas ad pe
des eius: et deosculans ait· Ab
soluantur hii duo et alii septem·
de quibus nichil audisti: tamen
ut sanetur filius meus· Et iussit
eos in conspectu beati apostoli ex
hiberi· At ille imponens eis ma
nus et per triduum abluens uul
nera eorum sanitati restituit·
libertatique donauit· Postera